

De Loc. Caus. in gen. & de loco &c. 619

cum creaturis ad omnes effectus earum
concurrit.

30. Causa particularis est, quae con-
currit actione determinata ad effectum,
eique dat esse determinatum, ut sit talis
speciei, ut homo generans hominem.

31. (9.) Causarum efficientium alia re-
mota est, inter quam scil. & effectum in-
tercedit alia ejusdem generis causa; alia
proxima, inter quam & effectum alia e-
jusdem generis causa non intercedit, &
haec iterum est vel simpliciter proxima,
quae nempe quaestioni propter quid sa-
tisfacit; vel proxima in certo genere,
quae non satisfacit quaestioni propter
quid. Plura de causa effic. apud Met.

32. Ex loco causae in genere seqq. argu-
menta possunt peti:

I. posita causa, ponitur causatum, e. g. ^{sufficiente}
architectus aedificat. E. aliquid aedificatur, ^{in actu secun-}
^{do, non in}
gna & lapides constituunt aedificium: E. aedifi- ^{petula pro-}
cium ex illis constituitur. ^{na.}

Not. intelligendum est hoc argumentum
de causa in actu secundo, non vero de
causa quoad esse absolutum seu in actu
primo spectata.

II. Negata causa, negatur causatum, e. g. ^{adequate}
^{in actu}
Nemo est, qui pauperibus benefacit. E. pau-
peribus non beneficit. Nec materia, nec
forma